MANUALE RITUUM NEOCELLENSIUM

Neustift, 1523

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35511
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Sexta feria parasceues finito
sermone oracionibusque pro vniuer
sis statibus dictis. velata depor
tetur crux a rectoribus cum can
tico sequenti stantes circa sacramentum.

Popule meus quid feci ti
aut in quo contristaui te.
Responde michi. quia eduxi te de
terra egipti, parasti crucem saluatori
tuo. Scolares. Agios otheos. Agi
os isthiros. Agios athanatos eley
son ymas. Chorus. Sanctus deus.
Sanctus fortis. Sanctus et immor
talis miserere nobis. Rectores. R.
Quia eduxi te per desertum quadra
ginta annos, et manna cibaui te,
et introduxi in terram satis optimam.
parasti crucem saluatori tuo. Scolares.
Agios. vt supra. Rectores. R. Quid
vltra debui facere tibi et non feci.
ego quidem plantaui te vineam meam